



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Beati P. Philippi Nerii Florentini. Congregationis
Oratorii Fvndatoris**

Gallonio, Antonio

Mogvntiæ, 1602

Corpus sepulturæ mandatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43172

læ mox caput Philippi capillis leniter perficit; quod dum faceret, rogote, dicebat, Sancte Philippe, ut ob eas cogitationes, in quibus assidue versabar, quod Christi fidelibus prodeisses, filiæ meæ, quam expecto salutem conferas: nec sua eam frustrata pietas, ex eo enim tempore adeo puellæ melius fuit, ut tridui spatio caput ea contagione liberum sibi senserit, media eius in partevnicotantum vlcere ærei nummi instar, quadrantem vulgo dicimus, relicto, ex quo plus, seu tanies exhibat assidue; sed ad id cum eodē prorsus medicamento pia mater humanis remedijs spretis vteretur, breui id quoque vlcus euanuit.

Corpus sepultura mandatur.

Exacto triduo visum est Patribus defuncti corpus arca lignea inclusum prope Aram maximam in sepulchro communi condere: id ubi resciuit Federicus Cardinalis

Bor-

Borromæus Beati Philippi studiosissimus ægrè admodum tulit, indignus ratus talem, tantumq; virum, quem Deus & miraculis, & virtutibus illustrauerat, cuius egregiam vitæ, ac mortis sanctitatē posteritas omnis intuebitur, eo loco sepeliri. ergo cū Patribus mox agere cœpit, vt honoscentius pro dignitate tanti viri alibi condi curarent: Recum Alessandro Medico Cardinale communicata in ædiōrem locum ad tempus transfertur: quod quidem diuino potius, quam humano consilio factum edocuit euentus, vt eo scilicet loco sepulturæ traderetur, quem ipse sibi paucis ante obitum diebus prædixisse, obscuris licet verbis, visus est.

Verum quò Philippi corpus decētius reconderetur, constructus fuit iussu eiusdem Alexandri Cardinalis nouus loculus ligneus, in quem sacerdotali vestitu indutus collacrymantibus filijs iniectus est.

Mirabile visum est multis , quod
corpus quamquam abhinc tres dies
vacaret animo , tamen eam ipsam ,
quam antea speciem retineret : mo-
dò mortuū , vel potius adhuc spiran-
tem putas : non riguerant mortuo
frigida membra , ut corporibus sen-
su , vitaque carentibus contingere
videmus , sed viuentium instar in o-
mnem penè motum flectebantur :
caro mollis tactu sentiebatur quasi
pueri : postremò super arcam , ubi
corpus quiescit , fornicatus paries à
fabris extructus est .

Locus sepulturæ ex qui ibi pri-
mùm Philippus humatus fuit , in
magna apud omnes veneratione ha-
beri cœptus est , habeturque in præ-
sens . Affixa cernuntur eius sepul-
chro aurea , argentea , cereaque si-
mulacra ; votiuæ quoque tabellæ
miraculorum ibi edito-
rum certissima ar-
gumenta .

Odor